

Responsum datum episcopo serenissimi regis romie. Sig. Aug.

Non est dubium sacre majestati regie quoniam R. D. vestra una cum hac sacerdotum suorum corona, atque adeo cum universo Dei ministrorum catu, quotquot sunt in illiusdi, accessi, et luctum ingentem hauserunt, ex morte sancti regis illius, quem jure merito r. d. vestro non hujus modo sacra majestatis, verum et patrie universae, omniumque, qui ordinum, hujus praesertim ecclesiastici, parentem bene meritum appellat, et consolationem non mediocrem acceperunt, dolorisque sui levationem et adventum incolumi sacrae majestatis hujus, quam non regni modo, verum etiam virtutum paternarum successorem esse et sperare persequamur habet. Terquatum, id est, majestati ejus, quod apud r. d. vestram et hanc sacerdotum Christi coronam, ita gratam memoriam, et tam ardens esse desiderium videt sancti parentis sui. Sentit et ipsa doloris sui levationem quandam, cum eum sibi cum ita multis communem esse videt. Sed et illud non minus gratum, quod hanc de s. majestate ejus r. d. vestra una cum fratribus suis opinionem conceperunt, fore, ut illa vestigia paterna persequatur, atque ita sancti sui parentis mortui desiderium leniat, quodque currentem licet majestatem ejus, oratione tamen sua magis incitet ad virtutum paternarum emulationem, maxime vero ad religionem Christi, exemplo ejus, pure colendam, et ministros ejus, atque eorum jura, privilegia, et immunitates tuendas et conservandas. Videt majestas ejus illi se regi successisse, qui fuit absolutam quoddam virtutum omnium exemplar, quo majore negotio se facere posse perspicit, et quas ejus virtutes sequi sedulo instituit, eas assequi possit: sed conatum tamen ea in re suorum pollicetur. At quod promissam attinet voluntatem, non fallat opinionem de se conceptam. Religionem quidem certe non minus pure colet, quam sanctus ille parens coluit, neque minore studio

dio

179
dio Dei ministros et eorum jura tuenda et defendenda cura,
bit, atq; omnibus modis contendet, et elaborabit, ut cum al-
teri omnes, tum r. d. vestro cum clero universo regni hujus,
orbatoj se esse parente suo beneficentissimo, quemadmodu
ipsa dixit scire magis quam sentire queat. Quoniam
vero non est currentis, neq; volentis, sed miserentis Dei,
a quo solo tanquam a fonte perenni, quidquid est re-
rum bonarum proficiscitur, a r. d. vestro postulat ma-
jestas ejus, ut una cum sacerdotum suorum cetera o-
mni supplicet Deum precetur, quo suam illi miseri-
cordiam largiatur, viresq; suppeditet, ad virtutes sancti
parentis non imitandas modo, quod faciet credulo, verum
etiam assequendas. Quod vestris precibus adjuvatum, mi-
nore se negotio perficere posse, majestas ejus confidit.